

Zacharias Grape Jonas Johann Phragmenius

Riga Literata

Rostochii: Richelius, 1699

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729693422>

Druck Freier  Zugang



R 2 phil 2699

JEHOVA JUVA PROPITIUS
RIGALITERATA

Quam
PRÆSIDE



VIRO PLURIMUM REVERENDO, EXCELLEN-
TISSIMO ATQVE AMPLISSIMO

DN. M. ZACHARIA
GRAPIO,

S. S. Theol. Ddo. Phys. ac Metaph. Prof.
Publ. Ord. ædis Jacob. Archi-Diacono vigilantissimo,
Præceptore atqve Patrono suo multis nomi-
nibus colendo,

Publico placidoqve Eruditorum Examine
IN AUDITORIO MAJORI

d. Junii Anni MDCXCIX, horis consuetis
submittit

AUCTOR

JON. JOH. PHRAGMENIUS,
Rigâ-Livo.

ROSTOCHII,

Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Sen. Typogr.

Summæ fidei
TRIUM-VIRIS
Inclytæ Regiæ RIGÆ,

Metropoleos atq; Emporii per Livoniam longè Celeberrimis
Qvos, ut indissolubilis amicitia infucata nexus junxit:
ita & à me hac in pagella conjungendis.

ILLUSTRI, CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO QVE
D O M I N O

DN. JUSTO de PALMBERG,
Senatûs Patrii quondam Syndico atqve Civitatis Rigenfis in
aulam Regiam ultra duo lustra Deputato, Patriæ salutis Conservatori,
Parario, tum Judici terrestri Regio, hodie Vice-Præsidi
Dicasterii Regii Dorpatensis.

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O

DN. M. DAVIDI CASPARI,
Archi-Ecclesiastæ ædis Cathedralis fidelissimo, Consistorii
Adfessori dexterrimo, Perillustris Gymnasii quondam Philos. nunc S. S.
Theol. Prof. Publ. Celeberrimo, Primario, Scholæqve
Inspectori vigilantissimo.

GENEROSO, MAXIME STRENUO, AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO
D O M I N O

DN. HERMANNO WITTEN
â NORDECK,

Viro, variis in Amplissimo Senatu antea officiis ritè defunctis,
maximè Claro, Conspicuo; nunc Civitatis Camerario Primario, Curiaq;
Sacra Adfessori longè Gravissimo.

Literarum bonarum Patronis Maximis,
Summis, Evergetis meis nunquam non piè suspiciendis

à
Fonte Salutis salutem & felicitatem omnigenam.

MÆ.

MÆCENATES SUMMI.

UNô ferè omnium circumferri ore consuevit tritum calcatumque illud: *Patria est, ubicunqve benè est;* Vel ut alius: (*) *Patria est unde, non ubi benè est.* Hoc quamvis effectum suò sibi constet pretiò, imò & suò modò veriverbium dici mereatur: nunquam tamen induci possum, qui concedam, solum mihi fortunatum Patriæ meæ propriè ita dictæ esse præferendum. Si enim (**) *charissimò illò titulò in vera argumentum gratitudinis fortunam exteræ regionis nostram facimus: quanto magis blanditiis plena vox competet urbi, quæ nos, ut peregrini etiam secundò rerum successu uteremur, benigna mater genuit, imò fovit, aluit, bonos mores juxta Artes Liberales fideli Præceptorum curâ instillavit, &, quod maximum est, nec absentibus auxiliatrices subtrahit manus; quò nomine imprimis Magnifico atqve Amplissimo Patriæ SENATUI obstrictum me sententio, profiteor, professus sum, atqve profitebor, quoad spiritus hos rexerit artus. Hinc non potuit non amor in Patriam Patriæque Lumina longè Clarissima sincerus, quin mihi hoc quicquid laboris, ad gloriam ejusdem, quantum quidem in mea tenuitate est, illustrandam, imperaret. Accedebat hisce omnibus acutum illud, quod me extimulabat, monitum Vestræ Amplitudinis, Consultissime DN. WITTE à NORDECK, quò meum, cum Patriæ quondam linquerem arva, condecorare Album haud es dedignatus, cujus tenor hic est: *Non tantum Parenti quisque suo, cujus est, nascitur; sed etiam Reipublica (***)* Ut itaqve hisce motus, hoc quicquid est conaminis, luci committere publicæ non sum subverecundatus; ita nec leves fuerunt causæ, quæ auctores mihi extirère, ut Splendidissimis Nominibus Vestris Magnorum Nominum PATRONI vilem exilemq; hanc consecrarem Dissertatiunculam. Et quidem Vestræ primum *Illustri* dignitati Excellentissime DN. JUSTE de PALMBERG, vel eò ex capite, ut & ego Tanti Viri favorem atqve patrociniû mihi supplex exorarem, cujus cum fide amicitiam biga illa *Patronorum meorum* colit & fraternitatis sanctæ sincerissimæque jus habet, quod etiam vel solum suavissimum nomen Vestrum*

(*) Hanekeniû Dier. Intercis. Intercidens IV.

(**) idem l. c.

(***) l. i, §. 15, ff. d. Venir. in poss. mitt.

strum mihi promittit quàm certissimè. Quò autem Viri Celeberrimi, Plurimum Reverende, Amplissime atque Excellentissime DN. M. DAVID CASPARI, Generose, Perstreue, Amplissime atque Consultissime DN. HERMANNE WITTEN à NORDECK, uterque Evergeta, Hospes quondam, Patronus atque Promotor longè incomparabilis, quò, inquam, satis encomiò insignem Vestram humanitatem, innumera, quibus me ma-
cistis & hodiernum maestatis, beneficia, ipsam penè admirationem, ne dicam, votum meum excedentia, deprædicem? Sed præstat eadem silentii venerari religione, quàm perfunctoriè enarrando vel in imminuti honoris periculum, vel Placentini & Laudensis notam incurrere. Quare per hunc ipsum favorem Vestrum, per Vosmet ipsos, per Vestrammet humanitatem, aliaque in vos longè præclarissima

Quæ nec ventura silebunt

Lustra nec ignota rapiet sub nube vetustas;
rogito submississimè, accipite animis manibusque, quod soletis, benignis, inelaboratos hosce labores, partim animi mei, gratus esse volentis, indices, partim favoris Vestri ulterioris atque clientelæ expetitores. Destituitur quidem hic ingenioli mei foetus suò, quò corruscare debeat, lumine, Tantis Viris dignò, egoque in Celeberrimo hoc roseto, inter alias suavissimè olentes rosas, rosula, cujus folia atrà nocte clausa, existo, hoc cum lemme: *Expecto solem*. Si enim benevolentia Vestrae radios in me, hancque Dissertatiunculam spargetis liberaliter, fiet ut aliquando & ego folia mea aperire, & aliqualem reddere odorem possim. Spe illà ebruius, ex ianis cordis penetralibus voveo: ut Vos salutis meæ Paratii, Patriæ Lumina atque Columina vivatis Patriæ! Ecclesiæ Orthodoxæ! Vestris! mihi! diu! feliciter!!!

Dabam
MDCIC. die 27. Maji.

*Allustris, plur. Reverendi, Generosi, Consultissimorum, Amplissimorum, Excellentissimorum,
Nominum Vestrorum*

*Cultor humillimus
Obaratus debitor perpetuus*

JONAS JOHANNES PHRAGMENIUS.

S. I. Accedo



§. I.



Ccedo & ego, pro mea tamen tenuitate, ad scribendi quoddam genus hodie sic satis usitatum; ad exilem nimirum consignandam Dissertationiunculam, in qua Lumina Columinaq; aliquot Patriæ meæ, longè mihi amantissimæ, hætenus non nisi sparsim conspicienda, conjunctim, in quantum ob ingenii mei imbecillitatem licebit, luci exponere publicæ. Cui enim non innotuit innatus ille Doctissimorum magnique laboris hominum fervor & studium natalis non solum soli, sed & ejusdem literatorum encomia extollendi, evehendi, ampliandi. Sic conjecturare quàm facillimè licet, multum olei impendisse illos, qui vitas Eruditorum hinc inde viventium collegere, id quod quondam Melch. Adami in Vitis Germanorum, Bartholinus in Danorum, Schefferus in Svecorum, quos posteriores duos Celeber. Joh. Möllerus Flensb. in Bibliotheca Septentrionis eruditi junctim exhibet, addita Introductione ad Historiam Ducatum, Sleswicensis & Holsatici &c. & quem primo loco meritò ponendum habebam Cl. Wittenius in suo totius ferè Europæ Literatos complectente Diario Biographico, præstitero studio planè singulari. Nec contemnenda industria illorum, qui Eruditos patriæ cum Scriptis ex oblivione vindicârunt æternitatiqve consecrare studuerunt. Sic videas Chronicon Cygneum à Clar. Viro M. Tob. Schmidio productum, quod post Anno 86. auxit Dissertatione quâdam Joach. Fellerus, cui titulus Cygnei quasi modo geniti, h. e. Clari aliquot Cygnei ab oblivione vindicati, Misniam literatam, Hamburgum Literatum, Lubecam literatam, cui accedit Riga illa, quæ ante annum prodiit Literata, item Revalia, Dorpatum, aliosqve hujusmodi farinæ Auctores Scriptoresqve sat multos, quorum non exiguum reperies numerum in Celeb. Wittenii nostri Diarii Biographici Tom. II. Ind. IV. videas. Horum, in primis Wittenii nostri vestigia pressurus & ego tanti Viri Discipulus

A

spatio

spatiosissimum huncce per unius hominis ætatem non transcurrentum (a) ingrediar campum, floresque mihi notas in unum colligam fasciculum. Ne autem rem agere actam videar, cum & ipsemet ego jam jam mentionem Rigæ cujusdam literatæ injecerim: præmonendum habeo Lectorem B. ut post inspectionem secururarum pagellarum de disconvenientia hujus nostræ & supra dictæ Rigæ Cl. Dni. M. Preusmanni judicet, quo fiet, ut methodo me alia longè processisse deprehendet quam clarissime.

(a.) *Nihil enim vastum magis est, hoc præsertim tempore quam vitarum confervandarum studium. Qui enim Erudiri dicuntur, i. e. aliquid opera in publicum producant, tanta in omnibus Europa nostra partibus multitudine efflorescunt, ut plures latere nos, quam cognitos nobis esse planissime semper soasus. Quæ in re hoc ultimum Seculum nostrum omnia antecedentia superare credo.* Sunt verba Magnifici DNI. D. FECHTII nostri Parentis loco mihi etiam post fata (quæ Benignissimum Numen in totius Ecclesiæ orthodoxæ emolumentum ingens averruncet adhuc quam diutissime!) colendi, devenerandi, suspiciendi, in Epist. Ao. 98, d. 26, Nov. ad me data.

§. II. In *περαύλω* itaque non diu subsistentes, nec altera ex parte in campum historicum longius exspatiaturi; statim in hujus ipsius Dissertationis limine primis quasi labris pauca quædam de Onomatologia quæq; huic annexa, id quod moris est, ex abstrusissimo (b.) Historiæ Livonicæ fonte, quantum vel temporis vel chartæ spatium indulgebis, delibantes prægustabimus, quo alacriores dein' per ipsos spatiari queamus flores.

(b.) Causam, cur non adeo exactè de statu Livoniæ vetusto hodie sciamus, dat *Kelchen* non contemnendam in suo Chron. Livon. p. 142. nimirum, quod Joh. Olthoff de Mengden totum Archi-Episcoporum scriptorum gazophylacium igne consumpserit vide plura l. c.

§. III. Equidem ordine procedenti considerandæ veniunt voces (1.) extra compositionem (2.) intra compositionem; sicque extra eandem primum sese nobis offert vocabulum *Riga caput & claustrum ditionis sue, situ, opere valida, quam terribilis Bathoreus, cum omnis Livonia reverentiam ejus induisset, ad obsequium diu frustra vocavit, vi tamen aggredi ausus non est, à qua cætera ferè cuncta tum temporis pendebant*: (c.) è re tamen erit quam maximè, ut si in hujus notitiam in quantum accuratius introspicere velimus, rem quoad licet altius repetamus. Paucis itaque passibus ipsam ingrediemur Livoniam, cujus consideratio tum nobis in obscuro ambulantibus lucem accendet, tum & securis in posterum per DEI gratiam conaminibus metuendam prolixitatem & difficultatem amputabit in quantum, levabit. Livonia autem, cujus incolæ Livoni vel Livones; græcè *λευῶνοι*, (d.) aliàs & Livi, (e.) unde originem appellationis

tionis suæ trahat, variè à variis jam dudum fuit quæsitum, harriolatum. Sic sunt nonnulli, qui Lieffland dictam esse velint quasi ein Lemes-Land (f.) vel quasi Bliefflandt/ ad bonitatem terræ alludentes. (g.) Alius à Libone Romanorum Duce. (h.) Alius à lituo cornu venatorio. (i.) Sed cur non potius à lino Flachß? mutato n. in v. cum pluribus lini stipulis sit instructa quam lituis. Alius ab Esthónico Liva/ Sand. (k.) Alius à Lemas vel Loivas Samogithico & Prussico (l.) Letticè Laimas navigium sicque Livoni idem quod nautæ. Alii (m.) aliunde. Verum in incerta certi quid quis statuet? Si cui forsan arriserit appellatio ab Esthónico vel Lettico; vel aliam quandam ex his lingvis congruentem habeat derivationem, non adeò facillè errare eundem crediderim. Non enim ab ipsis demum Germanis suam auspicata est hæc provincia denominationem, cum jam diu, antequam Bremenses eò devenère suis prædita fuerit incolis, (n.) immo jam Anno à diluvio 427. & mundo condito 2084. si aliàs Historia Arctoa (o.) sua non est defraudanda fide; nominata etiam ab ipso Ptolomæo (p.) aliisque (q.)

(c.) Illustriss. Bened. Skytte Orat. in excessum Gust. Adolphi Lugduni Bat. Anno 1635. impressa in fol. Cui adde Liberationem Rigæ Anno 1656. assertam cum à die XX. Aug. usque ad 5. Octobr. ab Alexio Michaeloveicz M. Moschorum Duce obsidione gravissima premeretur & Oratione expositam Dorpati à Dan. Clocovio Anno 1693. (d.) Ptolom. Georg. I. 2. c. II. (e.) Saxo Gram. I. 8. p. 145. (f.) Schotte in Hist. Liv. (g.) Ruffov. p. 2. b. (h.) Cromerus de Reb. Polon. L. 3. p. 61. (i.) Guagvinus Sarmat. Europ. p. 243. edit. Elziv. (k.) Maur. Brand Lib. I. Hist. Livon. (l.) Prætor. Orb. Goth. I. 4. §. 10. (m.) conf. Dissert. de Orig. Livonorum elegans sanè sub Præsidio Præcell. Dni Olavi Hermelini habita Dorpati Anno. 1693. d. 12. August. à Gust. Adolph. Humble. (n.) Ruff in init. Chronicæ. (o.) Paulinus Lib. III. Cap. I. (p.) Ptol. I. c. (q.) conf. Kojalowiez Hist. Lithuan. part. I. Cap. I. p. 9.

§. IV. Quo aliquando de cujusvis Scriptorum vel Patria, vel quasi patria eò melius constet; paucis ipsam hujus provinciæ divisionem expendemus, quam dubiam reddere videntur variæ per varia bella ad varios distractæ designationes. Verum, nos eandem in genere non capimus sensu arctiori, qua tantum pars Lettia, nec quomodo temporibus turbulentis ad alios atque alios spectaverit Dominos: sed sensu latiori, quo communiter solet sumi vocabulum Livoniæ, & intelligitur quicquid in ambitu circulus ille continet, quem cingit ab ortu Moscovia, ubi terminus flumen Nerva & lacus Peibas; à meridie Samogitia & Lithuania; ab occasu mare Balthicum; à septentrione Sinus Finnicus. Sic Livonia in tres primarias dividitur partes: Lettiam nimirum, Esthiam, Curlandiam (r.) cui accedit

dit Sengallia (s.); quorum Ducatum priores duo cum adpertinentiis hodiernum Serenissimi atq; Potentissimi Svecorum Monarchæ CAROLO XII. Regis nostri Clementissimi, cuius solium DEUS firmare velit in perpetuum! ab eo quo per verè Augustum (t.) non nomine & omine tantum, sed & re & animo GUSTAVUM ADOLPHUM M. devictæ sunt tempore, gaudent regimine, protectione, faxit DEUS pacifico! diutissimo! Postiores suos ex Ensisiferorum ordine ultimo Magistro Gothardo Ketlero agnoscit Duces Regni Poloniæ Vasallos (u.) Quæ ratione verò hi ipsi Ducatus in varios suos subdividantur districtus, quibusque conspicui sint urbibus, res longioris foret hâc vice iudaginis, alii tempori reservanda. Conferri poterunt in posterum citandi Historici Livoniæ, qui satiabunt Historicarum cupediarum famelicum. Quibus adde Cl. Claudium Arrhenium s. Oernhielm Historiographum Svedicum qui edidit Vitam Ponti de la Gardie, in quo Libro multa etiam habet de rebus Livoniæ conf. Denzelii *Monatl. Unterred.* Ao. 90. p. 858. seqq.

(t.) Curonia Ordini Livon. Ao. 1252. à Mendogo Rege Lithuan. donata conf. Kojalovv. p. 1. l. 4. p. 97. Chron. Lith. (s.) Ruff. l. c. p. 9. Rhanæus Diatrib. de Orig. Gentis Curland. (t.) Gustavus enim transpositis literis audit Augustus. (u.) Ruff. p. 50. b.

S. V. Nos hâc vice solam perlustrabimus RIGAM. Quod autem ad ipsius *ἱστοριαν* attinet, verissimè de eadem dici posset quod de Ecbatana: credunt magis quam sciunt accolæ (w.) Sunt tamen non nulli, qui illud derivant à flumine *Niesing* dicto, quod olim per medium ferè urbis fluxit, per tempus sat longum neglectum, hodie verò cura Senatus Amplissimi Patriæ Patribus vigilantissimis iterum in pristinum, imo meliorem statum restitutum. Alii placet allusio quædam ad mercaturam hic loci situm, certè hodie sæcundam, quæ haud paucos tenuioris fortunæ homines quasi rigarit, rigetque. In quo quidem hi ipsi adeò non falluntur, ut & Kelchen eandem totius maris Balthici nominet coronam: (x.) nobis tamen, si quæ esset arripienda sententia, placeret potius derivatio à vocabulo Lettico *Niegen* (y.) horreis vel tuguriis in littore Dunæ, antequam urbem ipsam extruerent, ab incolis & advenis habitatis. Sed ut dixi, ubi veris desituitur iudiciis, verosimilibus fidem omnem nec planè superciliosè derogandam, nec pro iisdem tanquam pro aris & focis pugnandum; hoc enim temerarii, illud arrogantis nota esset.

(w.) Curtius Lib. V. Cap. VII. (x.) p. 5. cui addenda quæ habet Ruff. p. 2. a. *In sunderheit tho Riga unde tho Rebel / welsere Stede aber bösttig dütsche Mylewoges van einander ligen / unde pder der süwigen hefte solck eine herliche*

Herliche Nebberlage / Emporium und Stapel vieler Nationen, Herschoppleß
unde Landen / also in keiner Stadt in der gangen Ostsee gefunden werd/
uthgenamen de Stadt Dankte alleine / darobdch vieler schamel Läden Kin-
der / de uch dñdeschen Landen hler tho Denste gekahnen synt / balde tho
groter Herrschafft unde Ryckdom gegeben sint etc. etc. (γ.) *Relchen* p. 51b

S. VI. Primi urbis hujus conditores non certè fuere Livoni tum
temporis strictè ita dicti, quamvis facilè concesserim non nullos etiam ex
illis operam suam locasse huic operi Germanisque Bremenfibas in eodem
strenuè desudantibus. Cum enim hi ipsi, per maria navigantes, vi tempe-
statis acti, terræ Livonicæ Anno 1158. essent appulsi: (z.) primùm domum
sive arcem aliquam ligneam Uxkulla ein Dorff germanicè dictam extru-
xere. Paulò post adduxerunt secum Meinardum Monachum Segenber-
ga Hofsatum, quò ipsò primùm Livoniæ templum in insula Kirchholm
hodie dicta erectum Anno 1180. hicque Monachus singulari DEI provi-
dentiâ dispensante multos DEO lucri fecit, quos inter numerantur à *Rel-*
chen. (aa.) Ilo, Kylewene, Wiezo & dives Cobbe (bb.) quem dictum
Virum amplissimum Wittenius asserit; forsàn ut ipse B. Vir oretenus quon-
dam alludebat, ob corporis molem amplissimam; de quo fama vulgavit,
quod fuerit Lettorum Dax, habitavitque in monte dictam *Robisberg*.
Cum hic ipse Meinardus (cc.) Aò. 1194. mortem obiisset: successit eidem
Episc. Berthold. Lochau, qui cupidine imperii non solummodo igne fer-
roque conversionem tentavit; sed &, quò tutior esset in sua tyrannide,
circumspiciens de apto quodam loco muniendo, eò ipsò ubi antea nomi-
nata horrea & tuguriola fuerant locata urbem sibi sumpsit ædificandam.
At sic satis infeliciter, quippe in prælio, cum Livonis verè ita dictis, id pro-
pter gesto, hasta ob ferociam equi ictus vitam cum morre mutavit, opus
verò ab ipso cceptum successor ejus Bernhardus continuavit; unde tandem
hodierna Riga nostra enata. Conf. citatos Hist.

(z.) In quo omnes ferè Historicos amicè consentientes reperio, conf. præter *Rel-*
chen p. 44. Ruffovius p. 3; Phanus Historiar. Lib. XXXI. p. 406. Cranzius
Lib. VII, Hist. Sax. Cap. XIV. & Wandal. Lib. VI. Cap. XI. Gualterus in Chron.
ad. An. 186. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. Lib. I. Claf. II. C. 9. §. 61.
Conring. Lib. I. de finib. Imp. Germ. C. 29. p. 830. (aa.) p. 45. (bb.) idem
quod Jacob absorta h. l. syllaba priori, vel etiam aliàs posteriori, ut, cum dicunt
Iac pro Jacob. (cc.) Hic circa annum 1170. à Pontifice Rom. Alexandro III.
Episcopus Livoniæ constitutus, (qui titulus ex quinto Episcopo Alberto in
Archi-Episcopalem mutatus) Anno 94. potius, quam 90. ut *Relchen* ex rela-
tione: refert, mortem obiit; id quod sat probabiliter ex Rythmis colligi potest
Poëticis, tam in Episcopos, quam Archi-Episcopos Livoniæ, pro ut eos in arce
quodam

quodam pictos repertosque Wittenius noster in App. Collegii MSC. Ao. 1694.
d. 9. Maji cepti d. 11. Julii ejusdem finiti asseruit. Tenor verborum hic est;

Christum Livonibus Meinardus prædicat anno
Milleno, centeno nongeno quoque quarto.
Templum Kirchholmum medium Rubonis (*) in amne
Extruxit, Uxeliæ Dalemqve ad littora condit.

(*) Rubo Duna est, fluvius in cujus insula Kirchholm & hodie rudera tem-
pli Kirchholmensis visuntur, nec non cippus literis notatus antiquissimis Mo-
nachorum, quem dicunt esse Meinardi.

§. VII. Sequitur jam alterum rubri nostri vocabulum, quod est li-
terata, sic dictum à literis, quibuscum quotidianum habent commercium,
h. e. qui aliquid diligenter & acutè scienterque possunt aut dicere aut scri-
bere, ut ait Corn. Nepos in Libello, quo distinguit literatum ab erudito.
(dd.) Sicque aliqua datur distinctio inter literatum, Eruditum, atque Do-
ctum (ee.) à quibus removendi Literatores. (ff.) Quæ singula brevitatis
ergo ex professo jam non examinabimus.

(dd.) Conf. Sveton. Lib. de Ill. Gramm. (ee.) Uti distinguit Rhenanus des Car-
tes in Epist. ad Gisbert. Voëtium, quæ habetur in Append. ad Meditationes
de prima Philos. dum p. 22. Voëtium doctum quidem vocat, non verò eru-
ditum, adeoque doctrinæ nomine omnia, quæ ex libris addiscuntur non tam
mala quam bona intelligit. Eruditam autem vocat illum tantum, qui studio
& cultura ingenium moresque suos perpolivit; talemque eruditionem non
promiscuè quorumlibet Librorum, sed sola optimorum lectione, eaque itera-
ta ac frequenti, itemque colloquiis eorum, qui jam sunt eruditi, ac denique
assiduâ virtutum contemplatione atque investigatione veritatis comparari sibi
persvadet. (ff.) Vid. Sveton. l. c. inqviens: Sunt qui literatum, à literatore
distingvant, ut Græci Grammaticum à Grammatista: & illum quidem absolutè,
hunc mediocriter doctum existiment. &c. &c.

§. VIII. Hactenus terminorum consideratio extra compositionem,
cum iis, quæ eo referre tum necessitas tum utilitas svasit: Jam è re erit
ut eandem etiam intra compositionem expendamus.

§. IX. Dum itaque Rigæ Literatæ injicio mentionem non sanè me-
intellectum muros & pomeria sive domus & ædificia urbis velle, vel ille
penetrabit, qui & tantum habet cerebelli, quantum vel cimex sanguinis:
verùm poni per Metonymiam continentis pro contento urbem pro ho-
minibus in urbe, eorumque scriptis ibidem editis, id quod, vel me tacente,
sola adjecta particula *literata* evinceret, cum neminem unquam lapides
vidisse literatos certo sim certior. Veniunt igitur illò nomine mihi h. I.
ii, qui non solum uni ex quatuor ita dictis FCtibus operam quidem nava-
runt: sed in primis illi qui literarum monumentis literario orbi conspici-
endos se dederunt, Rigæque sive extranei sive indigenæ scripta sua luci
publi-

publicæ commiserunt. Non autem additurus vel Revaliensis, vel Narven-
senses, vel Dorpatenses, vel Curones, vel etiam Rigenses, nisi forsan Ri-
gæ munia subierint, ibidemque unicum ad minimum scriptum promulga-
verint. Melioris ordinis gratia juxta seriem Alphabeti processuri, faxit
DEus T. O. M. feliciter:

A.

Cum hac sub litera nullum nobis occurrat nomen referendum, B. Lector
quosdam accipiat anonymos, qui Rigæ prodire. Hôc verò nomine ve-
niunt: *Quatuor Epistole loco fundamentalis relationis de Livonia Metro-
poli Riga Anno 1621. d. 1. Augusti, à potentiss. Suecorum Rege GUSTAVO
ADOLPHO M. devicta; quarum I. est defensio Ampliss. Rigensium Sena-
tûs ad Regem Polonia. II. Ejusdem ad Ducem Christophorum Radzivilium
Lithuanici Exercitus Archi-strategum itidem defensoria. III. Responsorio
Ducis bujus data Senatui. IV. deniq; iterata ad has ipsas Ducis Responso-
rias, Responsorio, pro deditiois suæ necessitate Prodiit. A. 1622. paulò post
iterum Germanicè Wittebergæ A. eod. in IV.*

Alius anonymus edidit *verissimam relationem de atroci obsessione Rigæ
à Moscho d. 19. Augusti A. 1656. (gg) frustra tentare cœpta tandemque d.
5. Octobr. feliciter liberata Rigæ A. 1657. in IV.*

(gg) Annus hic aliàs ita solet exprimi: DVna repLeta MosChls. vel Germanicè
Der MeseCh beLagert riga Vergebens.

B.

BECKER (Rötgerus) *Rigensis*, Pastor Ecclesiæ in Livonia Felinensis,
qui ob. An. 1657. d. 26. Aug. æt. 57. edidit *Exactorem readificationis Do-
mus Domini, Concionem scl. ex Haggai I. An. 43. Linteum Exorcisticum
sive Conciones V. de Magia illicita Anno 44. Refrigerium sub cruce, ex
Hebr. XII. 5--9. Concionibus III. An. 47. singule Rigæ in IV.*

BODOCKIUS (Laurentius) *Polonus, Posnâ-Politanus*. Philos. M.
primùm Ordinis Franciscani Presbyter, Pœnitentiarius ac Confessiona-
rius, postea Lutherana Religioni addictus, tam in Gymnasio Rigensi Aca-
demico, quàm Universitate hac pro tempore nostra Rostochiensis Eloq.
Prof. P. FCtis Phil. Senior & Ducis Megapolitani Consiliarius. Ob. 1661.
Mens. Sept. Ejus est *Omtio Revocatoria Pontificiorum dogmatum in Or-
thodoxi & Inchyti Collegii Rigensis Acroaterio declamata Rigæ An. 1637. in IV.*
Cui Successit publica Oratio in Celeb. Rigensium Gymnasio, cujus titu-
lus: *Execrandus Papæ Romani Anti-Christi Revelati genius & Augustissima
B. Lutheri virtus & indoles in cygno expressa Lub. 39. in IV. Præterea Au-
gustissi-*

*gustissimum Incarnationis Jesu Mysterium Rostoch. 1640. in IV. Panegyri-
cus in Principem Mecklenb. Gustavum Adolphum in ipso felicissimi regimi-
nis auspicio nomine Universitatis Rostoch. 1654. in fol. Svada Romana se-
ve selectorum sermonum ab ipso publice Rostochii habitorum decas prima.
Ibid. Studiosus Academiae Rostochiensis ab ipsis studiorum auspiciis usque ad
eorum finem in consultore Oraculi Trophonii expressus ibid. An. 1664. in fol.*

BREVERUS (Johannes) *Islebiensis*, primum in Gymnas. Rig. Eloq.
& Hist. P. P. & Anno 55. Scholæ Inspector. Anno 1656. d. 20. Maji Dia-
conus Templi Dom. d. 3. Junii ordinatus. Tempore pestis (hh.) d. 14.
Octobr. creatur Pastor, post Prof. S. S. Theol. Primarius; Anno 93. in Di-
plomate à Sereniss. Rege nostro Rigam misso S. S. Theol. Doctor pronun-
ciatur, (ii.) & demum primus Ecclesiarum ad civitatem Rigensem spe-
ctantium Superintendens ab eodem est factus. Cui ceu Fautori atq; Pro-
motori nostro longè Venerabili prosperissima quæque apprecantes illud
Wittenii (kk.) ingeminamus

Sitque Senecta TIBI vivida SANCTE SENEX!

Ejus sunt Dispp. variæ, utpote: *De Veritate Philosophia relate ad Theolo-
giam Anno 1646. Decas Axiomatum Moralium & Civilium Anno 47. Tri-
ga Eclogarum Philosophicarum Anno 48. Consilium Nicephori Gregoræ Pa-
riarchæ Byzantino datum ex Lib. X. Histor. Byzant. in fine A. 54. de Pie-
tate Alexandri M. interna A. 55. De Pietate ejusdem externa eod. Memo-
ria Reformationis in Ecclesia Rigenfi Anno MDXXII. exeunte Octobri in
Petrino primum templo susceptæ A. 80. It. de Juribus Majestatis, de Actu
& Potentia, de Predicabilibus, de Categoriis & plures aliæ Dispp. quæ hâc
vice non licuit reperire. Singule prodiere Rige in IV. Orationum in Ri-
genfi Athenæo habiturarum Partes duæ Francof. A. 55. in VIII. Conciones
funebres v. g. ex Luc. II. ex Sap. IV. 7. sqq. itid. Rige in IV. Catechesis Germ.
juxta methodum Cateches. Lutheri Min. in usum Scholar. Rig. A. 81. in VIII.
Adumbratio Theologiæ Dogmaticæ & Moralis duabus Tabellis A. 86. in IV.
Catena Theologica succinctis Thesis comprehensa A. 97. in VIII. Rige.*

(hh) Anno nimirum 57. qui annus ita exprimi solet; CVstoDit RIgaM Latro;
(ii.) Nimirum Upsaliae d. 2. Martii A. 93. Ubi post ultima Illustriss. ac Excel-
lentissimi Comitiss. ac Domini BENEDICTI OXENSTIERNÆ &c. &c. in so-
lenni Promotionis post celebratum Jubilæum actu verba hujus tenoris; *Fans
tu mihi compellendus es admodum Rever. DN. D. Rudbeki. Tibi nunc nomine
S. R. M. Promotoris mando partes & facultatem tribuo conferendâ secun-
dum statuta Academica summos in Theologia honores Viris admodum Reve-
rendis atq; Praclarissimis à R. ac clementissimè nominatis, creando eos, renun-
ciando*

biando & proclamando S. S. Theol. Doctores, qui honos in ipsos, fructus verò honoris in Ecclesiam uberrimè redundet. Igitur age, accinge Te ad actum, exsequere munia, DEUS bene Verat! Ubi inquam in S. S. Theol. Doctores creati sunt tunc temporis hoc ordinae. *Hacquinus Spegel, Lincopensis, Carol. Carlson, Arosiens. Sam. Virenius, Vexionens. Christ. Papke, Lundens. Henning. Schytte, Calmariens. Episcopi. Erlandus Broman, Carlsta. Mathias Streuchius, Hernosand. cum Superintendens, hodie verò Episcopus Lun'ensis & Pro-Cancell. Acad. Carolina. Israel Kolmodinus, Gothland. Superintendentes. Joh. Fischerus, Superintendens Livonia Generalis Georg. Vallin, Superint. Aulicus. Math. Iser, Pastor Holmia Primar. Julius Micrander, tum Theol. Prof. Upsal. nunc Superint. Hernosand. Joh. Breverus, octuagenario major, Rigens. Joach. Saleman, Revaliens. Joh. Baudewin, Stralsund. Superintendentes. Hoc tamen notandum, nonnullos horum ex numero ad plures abiisse, obiisse. (kk.) In Carmine Gratulatio de infula Doctorali Venerando Seni à Serenissimo B. m. Regi CAROLO XI, in primo Jubilæi Evangelici festo gratiosissimè delata.*

C.

CALEN. (Schotto) *Rigensis* Philos. Magister. In patria ad D. Petri Pastor, Ob. 1657. d. 10. Julii. Præter *Disputationem varia Theoremata Philosophica sistentem, quam Giessa Hassorum Auctor Respondens A. 1615. sub Præf. Johannis Steuberi habuit*, in lucem quoque emisit *Delicias Paschales sive II. Vester, Predigten Riga An. 1642. in IV.*

CASPARI (David) *Regiomontanus* Philos. Magister. *Qui tot in me beneficentia sua derivavit flumina, ut nec plura à B. m. Parente meo in me profluere potuissent*, hodie, (faxit DEUS T. O. M. adhuc quàm diutissimè) in vivis. Primum Com. Convict. & Elector. alumnorum in patria Ephorus vigilantissimus, deinde Scholæ apud Nostrates Rector fidelissimus, mox in Gymnasio ibidem Philos. Prof. Archi-Diaconus nec non Scholæ Inspector solertissimus, jam Templi Cathedr. Pastor primarius, Consistorii Adessor gravissimus, nec non Theologiæ P. Excellentissimus. Ejus sunt Dispp. variæ, utpote: *De Vita DEI, qualis ea sit, ex mente Græcorum & potissimum Aristotelis? Jenæ Anno 73. Triga Thesium Philosophicarum, quarum (1.) De probatione Existentiæ DEI, (2.) De odoribus, an nutriant? adversus Patritium, (3.) de utilitatibus Dialectices agit; pro receptione in Facultatem Philosophicam Regiomonti. A. 74. De Aristotelica Syllogismi Definitione. ibid. A. 75. De Fabulosis animalium affectionibus Disputationes quinque, quarum prima de Equabus Lusitania, Tigridibus & Vulturibus, an vento concipiant? querit. Basilisci item fabulam tangit, Secunda hanc prosequitur, Salamandra item & Vipera; Tertia Struthionis fabulosa evertit. Quarta Cygni cantum prolixè examinat. Quinta in partum ursarum inquirat. ibid. A. 75. 76. 77. De Questione: An Virtus cadat in DEUM? ibid.*

B

77. De

77. De Origine & progressu Dialectices. Riga Anno 80. De Dubitatione Cartesianâ, ibid. A. 82. De Norma Physices. A. 83. De Phœnice, *ve* fabulosa. A. 87. Dyas Eclogarum Quadragesimalium, quarum prior de Jejuniis Christi Quadragesimali, posterior de fragmentis post aliquot mille saturatos residuis agit. A. 88. Collegium Ethicum XII. Disputationibus absolutum. Annis 83. 84. 85. quod Anno 94. singulis ferè partibus illustratum & recentioribus etiam controversis auctum in VIII. denuò prodit. Collegium Politicum XVIII. Disputationibus absolutum. Annis 80. & 81. quod novis accessio- nibus auctum in VIII. sub prelo sudat; brevi lucem denuò visurum. Concio ex Evang. Matth. Cap. V. 9. Anno 1686. d. 4. Dec. habita A. 88. luci publicæ commissa. Singule hæc prodire Riga in IV.

CLEISSEN (Gvilielmus) Rigenfis. Philos. M. primùm ædis Dom. in Patria Diaconus, postremò ejusdem Past. ob. Anno 1647. d. 18. Julii. Scripsit anno 28. tres Conciones penitenciales ex Genes. XVIII. 20-23. ha- bitas. Nec non Anno 42. quatuor Conc. Novi anni Inaugurales, nec non tres alias ejusdem generis ex Tit. II. 1-5. Conciones IV. de Piorum tenta- tionibus. Singule Riga in IV.

CEUMERN. (Caspars von) Longo-Salissa Thuringus, primùm Ad- vocatus dein Secretarius ordinis equestris, post Adfessor & Vice-Præses Judicii Aulici Dorpatensis, tandem Consiliarius Provincialis in Ducatu Li- voniæ. Ob. A. — Ejus est: Theatridium Livonicum, in quo (1.) & E- piscoporum & Magistrorum & Regum nomina usque ad 1621. reperiuntur. (2.) Consignatio urbium, arcium & monasteriorum ab Anno 1555. (3.) Spe- cificatio Nabilium & nunc & olim florentium. (4.) Privilegia aliquot an- tiqua ordini equestri data, in Germanicam linguam superioris Saxonie sel. translata. (5.) Brevis relatio monetarum, quoad antiquum illarum va- lorem. Germanicè Riga Anno 1690. in IV.

DEPKIN (Liborius) Rigenf. primùm Pastor Lemsalienfis, post An- 1690. d. 21. Mart. in Patria ad D. Joh. Past. hodie adhuc per DEI gratiam in vivis. Ejus Carmina Teutonica varia, utpote: Творенъ дѣла сѣиха Ger- manicè dicta Sonnetten in totius anni Evangelia Riga. A. 1681. in VIII. Imago DEI deperdita, in Christo verò recuperata, ipsis Natalitiis feriis de- picta Rostochii Anno 76. in IV. JESUS patiens, Lipsiæ. Carmen Pastorale de Pace Vismariensium, gratulatorium Rostoch. circa (11.) annum 78. in IV. Dissp. Auctor & Resp. habuit: de Cognoscibilitate Præsides Præsidis hæc vice mei B. Parente DN. Zach. Grapio tum temp. adhuc S. S. Th. Lic. & Mer.

ac Phys. P. P. anno scl. 1674. De Mundo. Item Centuriam prior. & poster.
Thesium Miscellaneorum Philos. 2. Dissp. Præsidi Dn. Jac. Hieron. Lochner
P. L. C. tum Philosophiæ adhuc M. post Rostochii Poes. Prof. nunc Superin-
tend. Bremens. longè meritissimo A. 1675. sing. in IV. (mm.)

DEPKIN. (Liberius) Rigens. Philos. M. A. 1688. d. 30. Octob. voc.
Conc. Aul. Gen. Gubern. Com. Hassfer. d. 14. Dec. verò ejusd. anni Pa-
stor ad templum JESU. Varias dedit Conc. funebres, inter quas mihi il-
la tantum innotuit ubi ex Psal. LXXXIV. 2.3. proposuit Veram fidelium ha-
bitationem Rigæ A. 1696. in IV.

DEROLD. (Joh. Paulus) Mederâ - Francus Philos. M. Archi- Diac.
Garzensis in Pomerania, vocatus deinde ad ostium Dunæ in Livonia Pa-
stor, ætatis 35. Ob. A. 80. d. 25. Jul. Scripsit: *Dissertationem de Elenctici
Spiritus S. officii, falsæ doctrinæ refutationem & rejectionem expetentiæ
pietate & necessitate contra Joh. Ravium Consil. & Elect. Brandenb. & Syn-
cretismi admiratores. Rigæ 79. in IV.* Antea jam ediderat Stetini *Præ-
cursoris Christi doctrinam & præmium, sive Concionem S. die Joh. Baptiste
dictam A. 74. in IV.* Item *Dilucidationem quæstionis: An hodierni Refor-
mati ab antiquis & horrendis dogmatibus suis recesserint & ad Lutheranos
propius accesserint.*

DIEZ (Georg. Thomas) Pastor Ronnenburgensis Districtus Wendens-
is Præpositus. *Conciones funebres II. ex 2. Tim. IV. 7. 8. A. 1674. & Esa.
Cap. L. 1.2. Rigæ 95. in IV. ambe.*

DOLMANNUS (Johannes) Rigens. Philos. M. primùm A. 1624. in
Templo Cathedr. patrio Ecclesiastes & Scholæ Inspector, deinde Pastor
primarius & S. S. Theol. P. P. Ob. A. 1656. (nn.) d. 21. Apr. ætat. 61. off. 32.
Publicæ luci conspiciendum dedit: *Conciones VII. de Morte hominis, quib-
us titulus: Mortis terror & refrigerium A. 33. Conciones II. ex Joh. XVI.
21. quibus tit. Gravidarum conjugum refrigeratio A. 36. Rigæ in IV.* Est
ejus quoque: *Refutatio solida Anonymi cujusdam Pontificii, explicantis
quæstiones, nimirum: (1.) Quid apud Catholicos, atque Lutheranos ad S.
Cœnam requiratur: (2.) Num Pontificii sint fures calicis Dominici, quan-
do sub una tantùm specie Cœnam administrant Dominicam? Edita Lingva
populari Hamb. A. 43. in XII.* Eodem anno solidè refutavit Jesuitæ Eliæ
Schilleri tractatum, in quo uno duntaxat argumento ostendere conatur,
quod apud A catholicos, Lutheranos scl. neg; vera fides neg; doctrina, neg;
Ecclesia reperiat, titulus est: *Schilingii malè jactum fundamentum ibid.*

in IV. Anno 44. Concio funebr. ex Apoc. XIV. 13. Rigæ in IV. Circa annos 45. & 48. Apodeixes ejus III. tres scil. Dissp. de Throno Christi Regio; quarum I. palam facit, quod Dominus noster J. C. qua homo, omnipresenter dominetur in cælo & in terra. II. ponit ante oculos quod Dominus N. J. C. non tantum, qua DEUS, sed etiam, qua homo, constitutus sit Judex vivorum & mortuorum. III. Breviter demonstrat, quod Dominus N. J. C. etiam ut homo, adoratione religiosâ, ipsi Patri & Verbo quoq. competente, venerandus & glorificandus. Anno 49. Apodeixis I. de Innocentia DEI, palam faciens 1. quod DEUS ab æterno ne ullum è toto genere humano vel actû præteritionis seu negativô, vel rejectionis seu affirmativô, absolutâ voluntate, seu bene placiti citra finalis impenitentia intuitum igni addixerit infernali. A. 54. Apodixis prima de Sacramentis N. Tri, palam faciens (1.) quod per aquam Baptismi S. S. Trinitas in hominibus baptizatis efficaciter operetur regenerationem. (2.) Quod infantes baptizati propriam actualem fidem habeant. Singula hæc Dissp. prodire Rigæ in VIII. Præterea Memoriale Rigense s. Concio pœnitentialis ex Jer. II. 19. de inudatione scil. aquarum A. 49. Corona Svecica s. Concio S. ex I. Reg. I. 32---41. cum Serenissima Regina Christina solenni ritu Holmia inauguraretur A. 50. Conciones funebres varie ab A. 51. -- 55. nimirum Job. 1. 7. ex I. Thess. IV. 16. & Apoc. XXI. 4. ex Ep. ad Philip. Cap. I. 21. ex Barruch IV. 19. --- 23. ex Sap. IV. 7. sqq. Anno 1655. Concio Sacra de partu quodam monstroso, à muliere Lettica trans Dunam producto. Singula prodire Rigæ in IV.

(II.) Hôc ipso enim annô pacem Sveco-Danicam Ulrica Eleonora CHRISTIANI V. Regis Daniæ ~~filia~~ nupta CAROLO XI. Regi Sveciæ, conciliavit. (mm.) Curavit etiam Vir hic plurim. Rever. cum Viro itidem plur. Reverendo M. Andr. Baumanno, non certè proletariæ eruditionis, ambo lingua Lettica Magistri insignes, curavit, inquam, ut *Postilla Lettica Mancelii* quæ A. 1645. Rigæ in IV. prodit, correctiùs hôc ipso annô lucem adspiceret publicam. (nn.) Annus hic ita effertur: DoLMannVs IaCet.

FISCHERUS (Johannes) *Lubecensis*, In primo Jubilæi Evangelici festo, Anno 93. d. 26. Febr. celebrato, pariter ex Potentissimi Regis Sveciæ CAROLI, heu quondam! XI. decreto, S. S. Theol. Doct. Superintendens primùm Sulczbacensis, deinde per Livoniam Generalis, Supremi Consistorii Regii Præses & Academiæ Gustaviano-Carolinæ, (oo.) quæ est Dorpati ad Emmam Pro-Cancellarius Magnif. hodie, DEO T. O. M. favente, in vivis. Concionem suam Inauguralem habuit Rigæ A. 1674. d. 23. Julii ex Jer. XV. 19. 20. 21. Libellum de abnegatione sui Richardi Baxter in sermonem transtulit popularem ediditque Hamburgi A. 1665. in VIII. & Francof.

Francosf. ad Man. A. 82. in XII. Dogmatum Fidei Christiana ex S. S. juxta seriem Aug. Conf. repetitorum Decas I. in Synodo Livoniae Diocesana, quæ habebatur Wende A. MDCLXXVI. d. 5. 6. 7. Julii ad disputandum proposita Riga 76. in IV. Eorundem Decas altera in Synodo, quæ habebatur Dorpat A. M DC XC. d. 13. 14. 16. Augusti. Riga in IV. Preces & suspiria ad Job. Arndii Libellum de genuino Christianismo ibid. An. 79. in VIII. Concio S. de Christianè fidelium subditorum officio ex II. Reg. XI. 17. in boma-gium Sereniss. & Potentissimo Regi Sueciæ CAROLO XI. præstitum ab ordi-nibus in Ducatu Livoniae. Riga A. 1687. d. 23. Sept. Imago boni feliciq; Mo-narchæ in funus CAROLI XI. Riga. A. 97. d. 24. Nov. in fol.

FLUGEL (Johannes à) Rigenfis. Circa primordia Gymnasii Patrii P. P. Juris, (pp.) post Aulici Judicii Regii Dorpat. Adessor. A. 1644. Senatus Rigenfis Amplissimi Syndicus; deniqve Pro-Conf. ob. A. 55. Ejus est *Dispu-tatio de Perceptione & restitutione fructuum. A. 42. in IV.*

FRENCELIUS à Friedenthal (Salomon) Vratislaviensis Silesius. Poëta Laur. Cæs. primùm Ethices Prof. Helmstadiensis, post Inspector Scholæ Rigenfis. Juris fecit publici: *Livoniam quæ Commissariis Regiis Generalibus, munere demandato in Livonia, naviter perfunctis, bene precatur A. 1599. De Vera Nobilitate & Literarum dignitate eod. Monomachia D. Georgii, Equitis Cappadocis & Draconis Lybici, cum Mythologia de Victoria JESU Christi Servatoris Mundi. A. 1600. Sacrificium Agni Cælestis eod. Singule Riga in IV. Sunt & adhuc alia alibi typis excussa quæ vid. in Wittenii Diar. Biogr. A. 1605. d. 18. Junii, quo ipso obiit.*

FRIDERICI (Aggæus) Frisus Orientalis. Philos. M. Rector pri-mum Scholæ & in Gymnasio Rigenfi Græcæ Lingvæ P. P. Ob A. 1657. d. 6. Julii ætat. 73. off. 42. Ejus est: *Dissertatio Scholastica de Impedimentis Scholasticis, habita in ipso ad Rectoratum Introductionis actu Riga A. 1615. in IV.*

FUCHS (Melch.) Rigenf. A. 1639. in Senatum adscitus, Pro CS. in Patria Consistorii Eccles. Præses, ultra 30. annos Portorii Regii Præfectus, sextò Burg-Grabius. Ob A. 78. d. 11. Novembr. ætat. 75. Elucubravit idi-omate Germanicò *Meditationes Sacras Dominicales & festivales totius anni Riga A. 75. in IV.*

(oo.) Dicitur Gustaviana à D. Heroe GUSTAVO ADOLPHO M. quî anno hu-jus Sec. XXXII. eandem fundavit, fundatæ vero Musis haud diuturna ob Mar-tis furores fuit mansio; usqve dum ab Hercule Musægeta CAROLO XI. p. m. hospitium in Livonia Musarum restauraretur, restauratoqve Musæ redderen-

tur; hincque Carolina dicta, Conf. monumentum, quod A. 1690. ipso restaurationis die, nim. 18. Augusti, boni ominis causa panxit Johannes Henning Reg. ap. Rigenf. Scholæ, meusque quondam per tempus Con-Rector, jam P. Gymnasii Elbingensis. (pp.) Anno scil. 1631. d. 18. Apr. quo Gymnasium Rigenfe solempni ritu inauguratum, primis ex ordine Senatorio existentibus Gymnafiarchis: *Thomâ Ramme, Joh. Ulderico, Nic. Wernecken & Joh. Key.* Prof. P. fuere SS. Theol. *Herm. Samsonius, Joh. Hövelius* Physf. & Eth. *M. Joh. Struborgius* Metaph. & Log. & *deinceps* juris Prof. *hic noster Fliegel.*

G.

GERTNERUS à Gartenberg. (Christophorus) *Grimmenfis Misnicus.* J. V. L. Serenissimo Sveciæ quondam Regi CAROLO XI. ab informatione in Lingvis exoticis, tum Secretarius & Consiliarius Status Livonici Regius, demum emeritus æt. 63. Ob. A. 1689. d. 13. Jan. Extat ab eo in lucem protractus: *Charaeter Virtutum Latino-Gallicus. Rintelii A. 54. fol. Epistolarum ad Illustriss. Comitem Gustavum Adolph. de la Gardie Liber primus Holm. 65. in VIII. Amores Abindaris & Charita primis delineare lineolis cœpit. Riga A. 73. in VIII. Epistolarum Centuria secunda ad diversos Riga 74. in VIII. Epistolarum familiarium ad diversos Centurie decem. Accessit Epigrammatum Liber unus ibid. A. 80. in XII. p. 50 Centuriæ primæ Epistolarum ad diversos lineâ extimâ lucubrationum suarum indicem citat; nescio jam editarum intelligat, an adhuc in scriniis latentium.*

GLÜCKE (Ernestus) *Germanus.* Pastor Marienburgensis, Districtus Kockenhusensis Præpositus, in vivis. Præterquam quod insignem Operam in vertendis Bibliis Letticis contulerit, innotuit mihi ipsius *Concio funebris ex Apoc. XIV. 13. Riga 1691. in fol.*

GUBERTUS (Salomon) ——— Pastor Sonfelenfis Ob. ———
Ejus est: *Stratagema Oeconomicum sive Studiosus Agricultura, informans juvenes in Livonia colonos. Lingva German. (99.) Riga A. 1646. & 49. in VIII.*

GYLDENSTERN. (Catharina Baronessa à) Meckii & post Vitinghofii Nobilium in Livonia conjux. Livona Ob. ——— Edidit *Cataplasma spirituale & medicinam anime in quibuscunque morbis spiritualibus utiliter applicandam, idioma Germ. Riga A. 1677. in IV. (99.)* Huc etiam referri poterit Poëtria Paffrat, de qua B. Præceptor meus DN. M. Dav. Horniceus P. P. in Colleg. Priv. ita: *Unfers Ohrets haben wir eine stattliche Poëtin an der Sehl. Jgfr. Paffrat gehabt / und wäre zu wünschen / daß auch ihre Gedichte zusammen getragen und ans Licht gestellet würden.*

H. HEL-

H.

HELMERSEN (Paulus ab) *Livonus* Judicii in Livonia terrestris *Judex*. In vivis. Consecravit *Orationem* *quandam* *memoriae Illustriss. DN. Axelii Oxenstiernæ Comiti Sc. Rigæ A. 1655. in fol.* Habuit quoque *Helmstedii Orat. de Civili prudentia.*

HERBINIUS (Johannes) qvi Ob. A. 1676. d. 14. Febr. de quo *Witten* in *Diar. Biogr. Tom. II. edidit præter citata; Rigæ A. 69. in IV. Statum Ecclesiarum Lutheranorum in Polonia.*

HILCHEN (David) *Rigenf. J. C.* primò in Patria *Syndicus*, post *Regis* *Poloniæ Sigismundi III. Secretarius*, & *Notarius* in *Livonia terrestris Wendensis* Ob. A. 1609. Hujus est præter *Chyzeum adversus Jac. Gode-manni Luneburgensis calumnias Krakow. 1605. in IV. Oratio, quâ Illustr. & Magnificus DNis Commissarius Regis nomine Senatûs & civitatis respondet A. 1589. Epistola ad Theodorum Rigemannum, quâ ratio studendi Philosophiæ & unicuiq; alteri Facultati demonstratur A. 1592. Epistola Gratulatoria ad Illustriss. Leonem Sapieha, Magni Ducatus Lithuanie Cancellarium Sc. de felici ipsius cum Elisabethæ Raziwileæ matrimonio A. 99. Prodiere singulæ Rigæ in IV.*

HOEVELIUS (Johannes) *Rigenf. Med. Doct. Reipubl. Patriæ Physicus ordinarius*, *Ducum Curlandiæ Archiater & Gymnasii novi*, ut supra *audivimus Rigenf. A. 1632. Physic. & Eth. Prof. Ob. A. 52. d. 6. Jan.* Sunt ejus præter *Disputationem Med. Inaug. in Academia Lugd. Batava de Variolorum & morbillorum natura ac curatione. A. 1628. in IV., varia Dissp. Physicæ, utpote: De Principiis rerum naturalium, materia, forma & privatione A. 1632. Problemata IV. Physicæ. 33. de Elementis 35. de Anima rationali --- de sensibus internis A. 35. de sensibus externis --- Ευαγγελία Meteororum aqueorum A. 41. Oratio funebris memoriæ ac honori Potentissimi Herois M. Gustavi Adolphi Sc. A. 34. Panegyricus ad Jacobum Dusem Curlandiæ. A. 42. Rigæ singulæ in IV.*

HORNICEUS (Johannes, Pater) *Plaviâ-Variscus. Primùm Scholæ Rigenf. Rector*, deinde *Gymnasii Revalienf. Poëtes & post Eloq. ac Histor. Prof. Ob. A. 1686. d. 10. Octobr. atat. 65.* Prodiere fecit: *Elogium Adami ab Hirtenberg. A. 1663. in fol. Soteria Rigenf. sive Orationes V. de Obsidione Rigenf. & Pace Sueco-Moscovitica, quarum I. Rigæ pressa f. de obsidione urbis à Moschis facta sermone ligatò. II. Rigæ Viciatrix de obsessæ urbis liberatione. III. Gaudia Pacis Sueco-Moscovitica IV. Beneficia Pacis ejusdem.*

ejusdem. V. Gratia pacis. A. 65. in VIII. Regine Eloquentia uniuersa Janitricem h. e. Rhetoricam, præceptis generalibus communem cuius bene rectèq; dicturo scripturove aditum referantem. A. 67. in VIII. Melchioris à Fölckerfamb Ducis Curlandiae Cancellarii vitam. eod. in fol. Singule Riga. Templum pro gloria Henrico Comiti de Turri exstructum --- Orationem in Gymnasio Revaliensi Inauguralem de laude Poeseos habitam Reval. An. 71. in fol.

HORNICEUS (David, filius) *Rigens. Philof. M. ejusdemque in Patria P. P. Præceptor quondam meus pie mihi colendus; qui, Triviò relicto in Gymnasium concessit Revaliente, ibidemque integrum consumpsit lustrum sub Celeberrimos PP. Ladovium, Horniceum Parentem, hujusque Successorem Brehmium, Wolthematum. A. 84. Gedanum profectus Consumatissimum DN. D. Schelgwigium, Rosteuscherum, Bùthnerum natus est studiorum suorum Moderatores; quo in Athenazotum Opponentis tum Resp. partes vice plus simplici sustinuit, publicèq; habuit *Disf. sub Præs. Rosteuschero Celeberr. de Defensione sui. A. 87. mense Jun. sese conferens Wittebergam, præter Disputationem de Novo Legislatore contra Arminianos Præs. D. Walthero. Ipse Præs. Dissertationem habuit de Collegiis A. 91. Cartesium à Scepticismo vindicatum A. 92. Witteb. amb. in IV. Rigam rediens biennio post à Magnif. Amplissimoque Patriæ Senatu ad Prof. Philof. in Gymnasio vocatus. Demum vicariam loco B. Wittenii operam navans eloquentiæ, Programmata in exequiis Eruditorum & exercitia publica dedit. Sed heu! in ipso ætatis flore coepit marcescere & sexties febr. jam antea correptus, septimâ tandem A. 97. d. 10. Febr. morte occupatus maturâ obiit. Tu vero Lector B. ignosce pietati, quæ præter instituti rationem longius me abripuit.**

K.

KLEINSCHMID (Petrus) *Rostochiens. Civis Rigensis, Turris Templi Petrini dilapsa & erecta, Carmine Teutonico descripta; Riga 1672. in IV.*

L.

LOTICHILUS (David) *Rigens. in Patria Ordinis per Livoniam Equestris Pastor, Præpositus Castrensis & Consistorii militaris Præs. postea Pastor in Curonia Scloensis. Ob. ——— Typis excudendas dedit duas Conciones funebres Riga in IV. alteram ex Ps. LXXXIV. 23. A. 74. alteram ex Job. VI. 40. A. 77.*

M.

MENGDEN (Gustavus à) *Livonus, Liber Baro, Consiliarius in Patria*

tria

tria Provincialis primarius, in exercitu Svecico supremus vigiliarum Praefectus, seu denominatione modernâ, General Major. ætat. 63. Edidit sub nomine DES GOET VER MIEETETEN: *Psalterium Davidis, rythmis Germanicis expressum, Meditationes Evangelicas & nonnullas alias Cantiones Sacras Rige in VIII.*

MITTENDORFFIUS (Philippus) *Rigenf.* Reipubl. Patriæ à Secretis; Poëmata concripta reliquit varia, inter quæ Gratulatoria duo; *De Pernaviæ obsidione soluta, Dunamundag, recepta; de quo Riga & una Auctor Illustr. & Magno Heroi DN. Carolo Chodkiewicz Magni Ducatus Lithuaniae Exercituum Supremo Praefecto & per Livoniam Commissario Generali gratulatur Rige. A. 1611. IV. in qua forma & altera Gratulatio ad eundem de felici ejus reditu A. 14. ibid.*

MITTENDORFF. (Reinholdus à) *Rigenf.* Phil. & Med. D. in Patria Physicus primarius. Ob. A. 57. d. 3. Aug. æt. 61. poëta nulli aded facile secundus, id quod luculentissimè probat *Carmen illud Heroicum satis prolixum, alphabetum & dimidium implens, quod Rige A. 1652. impressum in fol. quò ipso Serenissime ac Potentiss. Principi ac Domine CHRISTINÆ Sveciæ &c. Reginae, XIII. Calend. Novembr. Anno 50. coronate, suam offert gratulationem; cui varia inseruit (1.) Columnam Pyramidum formis representatam, quam GUSTAVI ADOLPHI memoriae gloria ac honori consecravit (2.) Ευφρησιαν in adventum Per Illustr. Benedicti Oxerstiern Rige A. 35. item Epitaphium Magno GUSTAVO ADOLPHO positum A. 34. (3.) Singulari quadam delectat inventione tabula cujusdam, in qua describitur methodus ac ordo locorum communium universalium. Brevibus: totum Poema arguit Poëtam verè ingeniosum. Edidit quoque *Disp. Inauguralem de Colica & aliam de scorbuto.**

MÖLLERUS (Joh. Paulus) *Erfurt.* J. U. C. Juris & Mathematicum in Almo Rigenium Athenæo P. P. Anno 86. d. 3. Junii Inauguralem suam Orationem, de multiplici usu & præstantia Matheleos, habuit. adh. hodie in vivis. Dedit hic quondam etiam Præceptor meus nunquam non mihi colendus *Disputationem Cosmologicam de quantitate dierum Rige A. 88. in IV. A. 97. d. 17. Febr. Decadem primam Thesium Miscellancarum, Rige in IV. &c.*

N.

NOVACOVIVS (Petrus) Romanae Ecclesiæ primùm Presbyter in conventu Lublinensi ord. Prædicatorum Philosophiæ, post Dantisci S. S. Theol. Prof. ac ordinarius Thorunii Concionator, conversus ac Augustana

næ Confessionis factus socius. Habuit *Orationem revocatoriam post ereptionem ex profundissima Anti-Christiana impietatis inundatione, ad Nobilem Senatam Populumq; Rigensem, in collegio ejus dictam Rigæ A. 1648 in IV.*

O.

ODERBORNIIUS (Paulus) Ecclesiæ Rigenfis Minister A. 1587. Rigam vocatus ac sequenti anno Pastor creatus, deinde factus Superintendens Curlandiæ Ob.--- Ejus sunt : *Vita Johannis Basilidis Magni Moscovia Ducis Witteb. A. 1585. in IV. Homilia de Iride ex Gen. IX. A. 1591. Quatuor Novissima pro concione in obitum Ottonis à Meppen Consulis Rigenfis ex Syr. VII. A. 96. Epistola Consolatoria ad Wilh. von Effern Consiliarii Ducis Curland. Lingua Germ. Rigæ singule in IV.*

P.

PINSDÖRFER (Mich.) *Regiomont.* Philof. M. Scholæ Rig. Rector. vocatus A. 1681. Mens. Apr. Præceptor quondam ob favorem in me suum vel Parentis nomine nuncupandus, anno 89. in Gymnasio Rig. Philof. P. P. Ejus sunt : *Disp. de Differentia Analytices & Dialectices hoc ipso anno habita Rigæ in IV. Dissertatio Historico Chronologica de LXX. hebdomadibus Danielis Regiom. A. 81. in IV. & forsan ibidem plura.*

PLINIUS (Basilius) *Rigenfis*, Med. D. & Poëta verè insignis, denatus in flore ætatis A. 1604. Ejus supersunt Poemata, variis in locis edita v. g. Rigæ : *De Venenis & venenatis : de Ventis ; A. 1603. in IV. Victoria, quam juvante DEO O. M. Sigismundi III. Regis Polonia & Specie exercitus, adversus Carolum Südermanniæ Ducem, Rigâ secundâ obsidione solutâ, obtinuerunt. A. 1605. in IV. Encomium in chytæ civitatis Rigæ, Metropolis Livonia Lips. 1595. in IV. de Magnete Auguft. Vindel. 1603. in VIII.*

R.

RECKMANN (Johannes) *Lubecenf.* Pastor Ob. A. 1601. d. 11. Febr. ætat. 69. minist. 43. studiis operam dans Wittebergensi in Academia, *publicas tum temporis à B. Doctore Mart. Lutero nostro, Philippo Melanchthone aliisq; inclutis Professoribus, oretenus tantum habitas Disputationes Theologicas, veriffimè aliquot Tomis descriptas, in Bibliotheca nostra visendas reliquit.*

RELANDUS (Matthias) *Rigenf.* Philof. Mag. in Patria ad ædem Cathedrali. Pastor. Ob. A. 57. d. 28. Junii ætat. 58. ministerii 29. Publicavit : *Compcionem Pœnitentialem, cum A. 1650. a 1. ad 5. Aprilis diem in suburbio Rigenfi ingens esset inundatio, Rigæ anno eod. in IV. Partum monstruosum à*
Pisca-

Piscatoris ejusdam ultra Dunam uxore A. 55. die Palmarum editum pro Concione ex Tob. XII. 7. perpendit. Prodiit Hamburgi, adjunctâ ipsius mortis effigie A. 56. in IV.

RENNEKAMPFIUS (Joachimus) *Rigensis*. Juris primùm in Gymnasio Patrio Prof. post ejusdem Senator ac Sub-Prator. Ob. A. 1658. ætat. 40. Ab eo *Rigæ* luci expositæ publicæ Dispp. aliquot, nimirum: *de Emptione & venditione A. 47. Triga Theorematum Legalium ex materia locationis conductionis promptorum A. 50. de Donationibus mortis causa & inter vivos. A. 51. Triga Theorematum Legalium ex materia societatis depromptorum A. 54. de Mutuo, de juribus Majestatis.*

RICHMANNUS (Johannes) *Rigens.* Phil. Mag. primùm Acad. Wittebergenfis Philosophiæ Adjunctus, deinde ejusdem in Gymnasio Patrio P. P. A. 1657. in ministerium adscitus Ob. Pastor Cathedr. A. 71. d. 4. Jan. Edidit Dispp. quasdam nempe: *Wittebergæ: de Natura Metaphysicæ Theoremata A. 47. eodem de Ente ut & ejus conceptu tam objectivo quàm formali. Dispp. duas de Actu & Potentia A. 48. Eodem de Bonitate Transcendentali & aliam de Veritate. Singule ibid. in IV.* Deinde cœpit *Rigæ* in Partem communem Physicæ Theoremata Physiologica proponere, quorum tres solummodo prodire. *Disputatio I. agit de Natura Physices. II. de causis corporis naturalis in genere. III. de Materia in specie circa A. 54. seqq. in IV. Subjecit quoq; A. 56. typis concionem quandam de Cometis A. 1664. & 1665. in cælo visis in IV.*

RIVIUS (Johannes) *Atthendoriensis* Scholæ *Rigensis* Rector (rr.) Ejus est *Restauratio & instauratio Scholæ Rigensis. Oratio de conjungendis Philosophiæ studiis & cognitione multiplici rerum cum studio Eloquentiæ s. de conjungenda Sapientia & Eloquentia Rigæ A. 1594. in IV.*

(rr.) Est hic ipse, qui A. 1585. cum civibus Calendario sese opposuit Grægoriano, Conf. fufius relata à Chytræo in Chronico Saxonie p. 807. seq.

S.

SAMSONIUS (Hermannus) *Rigens.* Phil. Mag. primùm ad ædem Cathedr. Pastor. A. 1611. d. 17. Aug. dein A. 16. Pastor primarius in Petrino, Scholæ Inspector, nec non Theol. in Gymnasio Rigensi P. P. per annos 13. præterea à Serenissimo Sveciæ Rege GUSTAVO ADOLPHO Ecclesiarum Livonicarum Superintendens A. 22. factus, vitâ beatè defunctus A. 1642. d. 16. Decembr. ætat. 65. officii 34. Cujus scripta adducere, cum multum requirant spatii, hæc vice superledeo; peti tamen possunt partim

C 2

cx

ex Mem. Theol. Wittianorum Dec. IV. p. 537. sq. partim ex Diar. Biogr. ad annum 42. conf. etiam Memor. Samsoniana Parti I. Orat. plurimum Venerandi D. Breveri annexa. Hoc adhuc addo: quod allegatus Liber, de Vocatione & ordinatione D. Lutheri & Lutheranorum Verbi Divini Ministrorum, impressus sit non Lipsiæ sed Altenburgi; & Concio, de Anno Jubilæo, non Rigæ, sed Gryphiswaldi. Thesaurus animæ sive Conc. XI. ex Gen. III. de semine mulieris prodiit, Lubecæ A. 1620. in VIII. Præterea est ejus adhuc Concio, solide docens, quod in Religione Pontificiorum nullus fidei & gaudii pleno corde mori possit. Rigæ A. 23. in VIII. Sunt & adhuc plures, præter citatas ipsius Disputationes, aliò tempore adjiciendæ.

SCHALLERUS (Christophorus) *Reinsladio-Anbaltinus* Scholæ Rigensis Conrector, deinde Pastor Ehrwalensis in Curlandia Ob. _____ Dedit *Orationem Auguralem, cum publicum in Schola docendi munus susceperet, de juvenilis institutionis præstantia Rigæ A. 1641. in IV. Encomium Rigæ, totius Livoniae Metropoleos celeberrimæ, in ejusdem Urbis Gymnasio publicè celebratum carmine eòd. ibid. ead.*

SCHWEMBLER (Hermannus) *Colledâ-Thuringus* primùm Dicafterii Regii Dorpatensis in Livonia Advocatus, dein Comiti Magno Gabrieli de la Gardie à Secretis, demum judicii in districtu Kokenhulensi Adfessor Regius & Nobilis dictus van *Lassinon* Ob. A. 57. d. 12. Aug. Ejus sunt: *Libri tres Poëmatum Germanicorum, de Svecorum Heroibus alijs, Rigæ 1653. in VIII.*

SOLIKOWSKI (Joh. Demetrius) *Polonus Siradiensis Nobilis*, primò Vachocensis, post Sichiehovenis Abbatie perpetuus Administrator, Archi-Præsul Leopoliensis, XXIV. vicibus ad diversos Principes Legatus, Ob. A. 1603. Ejus est præter allegata in Diar. Wittenii: *Paterna & amica Patrensis ad Livonos Rigæ A. 1599. in IV.*

STRÆTHOVIVS. (Andr. Joh.) Wex. Smol. Svecus, Leg. DAHLBERG: Pastor & Reg. Conslt. Milit. Adfessor. Ejus est: *Concio ex Evangelio Dom. V. post Epiph. Matth. XIII. 24. sqq. proponens: Opus Christi in fidelibus & opus Belialis in infidelibus Rigæ A. 1698. in IV.*

STRUBORGIUS. (Johannes) *Rigens.* Philof. Mag. inq; Patriæ Gymnasio noviter tum temporis inaugurato Metaph. & Logices P. P. Ob. A. 1645. d. 14. Apr. Elaboravit *Rostochii Disputationes Ethicas. Collegium Logicum A. 24. singulæ in IV.* Emisit, publicavit *Rigæ A. 31. tria Pharetra Logica Tela acutissima, tres nim. Dissertatiunculas Logicas in XII, post telam*
quam

quam orsus est textere, *Rigæ* continuavit, conscripsitque sigillatim *Dispp. varias*, quales sunt: *de Demonstratione ejusq; effectu, scientia, deque objectu scientiæ A. 33. iterum Dispp. Ethicæ A. 34. Dispp. Logicam de Universalis in genere A. 35. Dispp. aliquot Logicas circa annos 36 & 37. de Qualitate A. 42. Dispp. aliquot Metaph. circa annos 42 & 43. de Pradicamento substantiæ A. 44. de Natura Accidentis Pradicamentalis in communi. A. 45. singule prodiere Rigæ in IV.* U.

UPPENDORFF (Johannes) *Tunderâ-Holsatus* Philos. M. Scholæ primæ Germanicæ apud Holmenfes deinde Regiæ apud Rigenfes per XX. annos Rector tandem d. 30. Junii A. 98. in Acad. Dorpatensi Græcar. & Orient. Literar. P. P. Obiit eodem annò. Ejus sunt præter *Disputationem contra abusum Philologia S. Hebrææ in Theol. Polemica, Kil. A. 1671. in IV. Gratulatio, cum imperii gubernacula capesceret Sereniff. Rex CAROLUS XI. Holm. A. 72. in IV. Tabule Geograph. totius orbis, Rigæ. A. 80. in fol. nec non Programmata in casus varios varia. In animo quoq; habuit Opus illud Chronologico-Historico Ecclesiasticum, cujus Nova Literaria Maris Balt. numero meminerunt Anno scil. 98. Mens. Jan. p. 11.*

VOLANUS (Andreas) *Polonus*, Secretarius Regiæ & Consiliarius Ducum Radziviliorum ætat. 80. Ob. A. 1610. d. 8. Jan. Præter citata in *Dir. Biogr. dedit Orationem ad spectabilem Senatam & universam civitatem Rigensem nomine Illustr. & Magnif. DNN. Commissariorum Regiorum Rigæ A. 1589. in IV.* W.

WEIDEMEYER (Friederich) ——— Ordinarius Scholæ Germanicæ Rigenfis quæ dicitur Jacobæa Arithmeticus, Ob. ——— dedit *Arithmeticam Rigæ A. 1627. auctam ab Erico Pommergardten A. 61. in VIII.*

WITTE à LIELIENAU (Nicolaus) *Rigenf.* Med. Doctor. S. R. M. Sveciæ Archiater & Physicus in Patria primarius Ob. A. 1688. d. 5. Jan. æt. 70. off. 36. *plurimarum Linguarum peritissimus, in arte Medica atq; Chymica Æsculapius Celeberrimus, in arte Medica atq; Wittiani pulveris nunquam immemor, nec id nobiliores aliorum populorum regiones penitus ignorare sunt verba Cl. Wittenii in Progr. funebr. Exaravit præter Poëmata varia Græca, Latina, Germanica, Consilium medicum de febribus malignis: Dispp. de Hydrope Ascite: de Pestilentia: item, Brevem informationem Germanicam de lue pestifera anno 57 Rigæ & per Livoniam grassante, quæ prodiit Rigæ eod. annò; adde Epistolam prolixam ad Phil. Jacobum Salsium de cancerorum luce, colore &c. nec non de Collegiis*

legiſſi ſeu Academiis circa naturalem ſcientiam. Optandum, ut quæ à B. m. Wittenio in Diar. Biogr. & Programmate modò cit. promiſſa, lucem vel conſpexiſſent, vel adhucdum conſpicerent.

WITTEN (Henningus) *Rigenſis*, modo in medium prolatus Dni D. Witte à Lielienu, fratris filius. De hoc ipſo Morhofius in Polyh. Lib. I. Cap. XVIII. *Henningus Witte Gymnaſii Rigenſis Profeſſor celeberrimus, Vir Doctus & Amicus noſter, qui è Programmatibus Academicis elogia & ſcripta collegit. &c. &c.* Item Georg. Hanæus D. in Oratione Parentali Dni D. Jac. Bircherodii, inqviens: *ſilentio præterire nolo Virum his ſacris (ſcl. ut antea loqvebatur: annotandò Celeberrimi cujuſq; Viri vitam, mortem & ſcripta) penitus immerſum Ampliſſimum Clariſſimumqve DN. M. Henn. Witten, quem ob renovatam plurimum ſplendiſſimorum memoriã Virorum, non jactat modò Riga atq; collaudant Livones, ſed & amplectatur Minerva ac ſuſpiciunt Triones; hætenus, plura de ipſo judicia alii temporè reſervantes. Ut verò & ego in ampliſſimas B. hujus Præceptoris mei, tot ingentium nominum Vindicis tolerantiffimi, & de orbe literato ejuſqve columinibus immortaliter meriti Viri laudes hac vice deſcenderem, & pietas ſvaderet, & ipſa res me invitaret; dum ſeſe recitationes ſacræ æqve atq; profanæ ultrò mihi offerrent: offerret ſeſe Ebraicæ, Anglicæ, Gallicæq; Lingvæ peritia: offerrent ſeſe Poëmata varia Germanica atq; Latina, ſparſim edita: offerrent ſeſe multæ, inprimis Svecorum, Livonum, & Moſcovitarum monetæ, quarum aſſiduus fuit collector, de quibus omnibus ut ſcribam, campus ſeſe aperit latiſſimus in quo exſpatuari non adedè eſſet injucundum: Verum, obſtat, ut alia taceam, inſtituti ratio, obſtat temporis anguſtia. Itaque benevolâ Lectoris veniã, veniãq; familiæ *ſc. Maxacite* ſplendiſſimæ, breves in hoc ipſo argumento ducemus lineas, dicentes: quod Rigæ A. 1634. d. 26. Febr. natus, in civium Gymnaſii numerum A. 54. cooptatus, quatuor admodum annos ibidem egerit, atq; ſub umbone Clar. Richmanni Phil. P.P. de Prima rerum materia reſponſa dederit publicè, haudq; multò poſt Oratione quâpiam Viros, ex omni ordine præſtantiſſimos, lue peſtiferâ patriam acerbè infeſtante abſumptos, ab oblivione liberaverit. Poſt illum nemo vel ex docentium vel diſcentium choro in ſolemni Acroaterio iſto per bis denos annos eſt auditus. Anno enim 56. famigerabile illud Muſarum Sacrarium feralis bellorum clauſit tumultus & ex bello dura proventuum inopia & tandem dira lues. Anno vero 77. renovatum nitidiſſimè & jam introducendum, truculentò illò à biga perditiffimorum hominum*

num incendiò ubiq; per urbem excitatò deletum, absumptum; usq; dum pri-
stino suo restitueretur nitore, & restaurata inauguraretur A. 78. d. 20. Aug.
qvò ipso ò *Maxaerius* noster prius A. 77. ab Amplissimo Senatu legitimè
jam vocatus ad Eloq. & Histor. Professionem, *Orationem suam, ut vocant,*
Auspicalem, de Contubernio Eloquentiæ & Historiæ habuit; sicqvè, qvi abiens
ludi illius fores quasi occluserat, easdem referabat. Prius tamen ingenii sui
dotes per peregrinationes excoluerat, siquidem A. 58. ad Acad. Juliam pro-
fectus, sub Excell. Frid. Calixto *Sexties de præcipuis Religionis nostræ capitibus*
publicus disseruit Respondens. Triennio commoratus excursionem ad vicina
loca fecit, tandemqve post reditum A. 61. planè valedixit, Darmstadium
venit, magniqve nominis Theologi Mentzeri Bibliotheca usus liberè *Dispu-*
tationem de Justificatione conscripsit, quam Giesæ, Moderatore Summe Rev.
Habercornio, habuit. In peregrinatione varias lustravit regiones, Germa-
niam superiorem & inferiorem, XVII. provincias, Sveciam &c. variosqve fa-
migeratissimos omni eruditione excellentissimos & vidit & audivit & invisit
Viros, imò & eorum consortio familiarissimè est usus; Academias XXI.
partim inhabitavit, partim lustravit, in quibus & informatione & favore & a-
more præstantissimorum fructus est Virorum, quibus nec terra unqvam do-
ctiores progenit, nec sol eruditiores unqvam vidit, nimirum Oracula illa sa-
pientiæ humanæ, ex quibus & doctissimi semper aliquid discere poterant, qva-
les erant: Hanekenus, Schuppius, Conringius, Mislerus, Strauffius, Dilher-
rus, Felwingerus, Königius, Ursinus, Oslander, Schmidius, Bebelius, Dann-
hawerus, Bœcklerus, Spenerus, Hornbecius, Coccejus, Hornius, Grono-
vius, Voetius, Leusdenius, Arnoldus, Marefius, Müllerus, Langius, Geierus,
Emporagius, Heinsius, Loccenius, Schefferus, aliiqve longè plures, ne dicam
de amicis quos sibi conciliavit; quos inter Rev. noster Fechtius, Vir ad miracu-
lum usq; humanissimus, nomen meretur Beato Viro quàm amicissimū. Quid
multis? testantur vel soli ejusdem editi Libri de frequentissimo atq; florentissi-
mo Beati nostri cum eruditissimis quibusq; Viris literarum commercio, de qui-
bus Morhof. l. c. *Vix uni homini tam vastum argumentum exhaurire licet,*
quod adeò operosum est & literarum commercia penè infinita postulat. Hæc
ratione à Patriæ laribus octo integros annos absens, Annoq; 1666. rediens, nri-
vatus per aliquot annos vixit, scripta congerens in publicum quondam pro-
futura, qvalia sunt, quæ jam prodière: *Memoria Theologorum nostri Seculi*
Clarissimorum renovatæ Decades VI. A. 74. Jctorum Decades V A. 76.
Medicorum Dec. II. A. 76. Philosophorum, Ontorum, Poëtarum, Historico-
rum.

rum & Philologorum Decad. IX. A. 77. adhuc Theologorum centuria A. 85. singula Francof. in VIII. Repertorium Homileticum (ss.) Dantisci A. 82. Repertorium Biblicum primum Francof. A. 82. deinde Rigæ A. 89. Diarium Biographicum Tom. I. Dantisci A. 88. Tom. II. Rigæ A. 91. singula in IV. Tertium Diarii Tom. B. Dn. Horniceus in Program. Exequiali (cui & ego in hujus vitæ descriptione multa debeo) superesse in schedis B. Auctoris dicit. *Programmata* ab initio vitæ usq; ad mortem *typis excudenda dedit varia*. De iis quæ olim promisit, recenseri merentur quædam ex literis ad Excell. Dn. D. Königium A. 80. Mense Aug. datis quorum tenor hic est: *Nonnulla, quæ in Plinii Panegyricum & de Scriptoris Latinis Græcisq; commentatus sum publicisq; lectionibus exposui &c. paulo post: Fortè, si istis opusculis aliquot annorum cura accederent secundæ, typis committere haud recusarem &c.* Meditatus quoq; est Viros in Patria scriptis Claros, quod propositum morbus sat diuturnus indeq; fatalis hora impedivit; quapropter nonnulla, quæ superfuere, ex usitata Præ-Nob. Dni (heu quondam!) Nagelii, Senatoris Patriæ meritissimi, Patroni itidem nostri etiam post cineres colendi, liberalitate pertransiire ad DN. M. Horniceum b. m. qui pauca illa & ob ætatem & morbum à B. Wittio collecta sese proditura affirmabat. Verùm & hujus Viri præclara conamina mors præoccupavit inopina. Quum itaq; Wittenius noster Celeb. non adeò sibi, quàm orbi literario vixisset aliquam diu, accidit, ut, cum primum A. 92. ardor febrilis omnes penè vires ejus esset depopulatus, ut inquam, A. 95. d. 4. Jan. librum ex Bibliotheca altè depositum deprompturus, sellâ, cui insistebat, malè fidâ, in finistrum latus gravi procideret lapsu. Quò non solum corpus ejus concussum debilitatumq; verùm & memoria passa detrimentum, licet testudineo aliquantisper vacillantique gradu repens, nos auditores, interq; eos me quandoq; solum præsentem, in ædibus suis erudiret: tandem tamen, langvore deficiens, obiit Gymnasii Senior A. 96. d. 22. Jan. æt. 62. off. 19.

(ss) Ad ejus methodum M. Christian Gottfried Gräfen itidem Repertorium aliq; quod Homileticum adornandum præteritis anni 98. nundinis autumnalibus promisit.

§. X. Vidimus itaq; hæcenus Eruditos aliquos, qui Rigæ eruditionis suæ dederunt specimina: specimina quoque ipsa, nullò tamen additò de iisdem Judiciò, quippe quod ingenioli nostri non permittebat immaturitas, vidimus. Nil itaq; mihi quidem superesse videtur, quàm ut B. Lectorem compellem quàm humanissimè, velit hoc quicquid laboris in meliorem interpretari partem. Si verò vel nomen ipsius his ipsis in paginis

ginis conspici non detur, vel scripta non omnia adducantur: id ipsum, rogo, non mihi, sed ignorantiae planè invincibili tribuat, quæ extra patriam constituto non permittebat in omnium pervenire notitiam. Disputationes à Respondentibus habitas allegare integrum non fuit, ne in Præfides, qui ut plurimum easdem elaborant, peccare viderer. Ratio igitur instituti nostri jam liquet; si vel tribus in posterum verbis monitus fuero, unicuique, ut decet, in securis per DEI gratiam conaminibus, assurgam quàm lubentissimè, promptissimè, daturus fortean Livoniam extra Livoniam Literatam. DEUS verò T. O. M. qui facit ut ossa iustorum in locis suis revirescant, & nomen eorum quasi permutatione renovetur in filiis eorum, qui gloriam adepti sunt; (tt) gratiam suam largiatur benignissimè, ut studia graviora, quæ declinare pedetentim videntur, in dies magis magisque revirescant, quò sanctissimi nominis sui gloria amplietur in seculorum secula, Eruditiqve sint in memoria sempiterna Amen!

(tt) Vid. præfat. Resenii in Inscripti Hafn. §. 4.

ADDITAMENTA.

Favere Grammaticè quidem poscit dativum; apud cordatos verò candidosq; viros dativus non aded observatur. Usus Musices in Ecclesia est conservandus; non tamen apodicticè necessarius.

Summum Bonum quidem non consistit in bonis fortune; perveniunt tamen eadem etiam ad S. B. obtinendum.

Virtus quidem non cadit in DEum; non tamen repugnat DEum nominari fortem beneficium &c.

Divitias contemnere est laudabile; possidere tamen easdem salvâ conscientia Christianus potest.

Mercatura non competit Nobilitati; non tamen ejusdem honori derogat & emere & vendere.

Polygamia est illicita; multas tamen ducere uxores non implicat.

Castigatio Rusticorum Livonicorum (das so genante Geißeln oder Quästen) non aded est licita; potest verò tolerari.

Discordia in familia aperta sunt illicita; leves verò contentiunculas inter servum & servum, ancillam & ancillam, & reciprocè, à Patre familias quandoq; dissimulari, est ex utilitate ipsius.

D

Clarè

Clarè docto

DN. RESPONDENTI

AUTORI,

Post Disputationem me Moderatore habitam, denuo
de Riga literata disputaturo

Feliciter!

Pergo * manu facili meritas Tibi scribere laudes,
Quando piâ pergis * scribere clara manu.
Sed plures Tibi mox laudes, cui pergit, Amice,
Grata manus laudes scribere, Riga dabit.
Ominor interea; si sic perrexit usque
Gnava manus Tua, Vir nomine * magnus eris.

* Phragmenius:

Anag. asp. exsp.

Manu pergis.

I permagnus.

LMQ;

inter occup.

A. D. HABICHHORST, D.

FCtis Th. Senior hodieq;

Decanus.



Nob. & Clarissime

DN. PHRAGMENI.

Postquam scholas meas publicas privatasque frequen-
tare cœpisti, Optime Phragmeni, ex indefesso illo ar-
dore, quem in auscultando mihi præbuidisti, atque ex
acri judicio, quod in disputando differendoque subinde Te
adhibuisse animadverti, è vestigio collegi, non in infimis
tantum Te consistere haud velle, sed & supra mediocrita-
tem ad altiora aliquando enisurum esse. Quæ spes adeo
me non fefellit, ut jam collectam indefessâ industriâ disser-
tationem, quâ literarum gloriam almæ patriæ Tuæ is as-
sertum, in publicam cathedram protrudas, pietatem er-
ga

ga eam, quæ Te genuit, tertam & observantiam erga e-
jusdem Antistites, summô laudatissimôqve studiô demon-
straturus. Non poteras eqvidem vel animo Tuo, ad præ-
clara quælibet concitato gradu tendenti, vel præsentî vitæ
Tuæ conditioni, dum in aliorum exemplum tantâ severi-
tate officium Tuum facis, vel deniqve famæ Tuæ, in pa-
triam evoluturæ, magnosqve in illâ & de Rep. immorta-
liter merentes viros ad favorem benignitatemqve studiis
Tuis exhibendam Tibi conciliaturæ, rectius consulere.
DEus quoqve, qui mentem amat sedulam & rei suæ stren-
nuè invigilantem, cujus ut gloriam olim in Ecclesia imma-
culatâ verbi sui notitiâ promoveas, omnem nunc lapidem
moves, qui animi Tui, nihil sine ejus invocatione & exo-
rata Spiritus sui gratia facientis, integritatem respicit, eos
Tibi ubiqve largietur successus, qui & nomini suo sint glo-
riofi & Dominico olim cœtui salutare. Nec deerunt quo-
qve tam honestis conatibus Patroni Tui, quos venerabun-
do semper pectore fers in oculis, qui in Te, aliosqve Tui
in hac Academia nostra similes liberalitatis suæ, nunquam
satis laudatæ, fontes derivando, plantas ferent posteritati
profuturas. Eam planè fiduciam pono in excellentissi-
mum gravissimumqve RIGÆ Tuæ Theologum, DAVI-
DEM CASPARI, Amicum meum quondam Academi-
cum, qui ne nunc quidem amorem erga me suum depo-
suit, quiqve ut cum venerando Sene, D. JOANNE BRE-
VERO, Socero suo, in Ecclesiæ, Tuumqve & concivium
Tuorum solatium quam diutissimè supersit, enixissimè
opto. Vale, PHRAGMENI doctissime. Scr. in musæo,
d. X. Maji MDCXCIX.

T.

JO. FECHT. D. P. P.

Consist. Duc. Adf. & Distr. Ro-
stoch. Superint.

D 2

Ingenii

Ingenii quis dona Tui memorare decenter
 PHRAGMENI nec non sat celebrare queat?
 A Te profertur copiosa scientia rerum
 Ob quam Philosophus Theologusque cluit.
 Talem Te ingenii monstrant monumenta subacti,
 Quæis volitare queas docta per ora Virum.
 Te sobolem natumque suum Livonia novit,
 Te quoque posteritas, si quæ futura canet.
 Dona sua in nobis, qui multiplicata coronat,
 Is bonus atque favens tale serenet opus.
 Sic tandem veniet, quæ non sperabitur horâ,
 Laurea, quæ frontem cingat honore Tuam.

*Pauca hæc in honorem Eruditissimi DNI. ALL-
 THORIS, Auditoris, Amici & Consalini sui
 æstimatissimi adscribere voluit*

CASP. MATTH. Müller/
 D. P. P.



Nobilissime ac Clarissime

DN. PHRAGMENI,

Fautor ac Amice singulariter amande ac colende!

Blennium jam effluxit, quò meo sub quali qualicun-
 que Præsidio disputationem Theologicam super di-
 ctum difficillimum Jes. LXIII, 1. sqq. de Victore ab
 Edom sine socio, sociaque torcular calcante publicè defen-
 disti, & quidem perquam feliciter cum applausu totius
 Auditorii, quod non tantum ingenium promptissimum; sed
 &

& judicium certè optimum in te mecum mirabatur. Ecce jam novum Eruditionis solertiæque Tuæ non vulgaris; sed revera curiosæ, specimen, propriò Marte ex toto à te compositum, quo ad exemplum multorum aliorum de Orbe literario meritissimorum, Perillustri ac dulcissimæ Tuæ Patriæ Literatos, eorumque scripta publicè recenses, publicæque ventilationi exponis. Labor certe hic est, qui egregiè te, Optime Phragmeni, de novo commendabit non tantum Eruditis omnibus, qui hâc ratione de literatis longè diffitarum quoque regionum informantur; sed & imprimis Perillustri Tuæ Patriæ, ejusque Proceribus Patronis ac Præceptoribus Tuis colendissimis, qui jam videbunt, qualem hactenus polierint, qualem nutriverint? Barbari quidem Philosophi olim soliti fuere dicere: *كلما تغرس في الغدان ينموك تغرس ابن آدم يهلكه* i. e. *Quicquid plantaveris in horto, utilitatem tibi afferet: at hominem si plantes, is eradicabit Te.* Tu aliter te exhibes Amice optime, illos, qui te plantarunt non eradicans; sed illorum gloriam potius quærens. Imo & posteritati Te commendabis, quæ & optimum tuum nomen tandem aliquando Rigæ Literatæ inferet. Ego interim animitus tibi gratulor de egregiis animi dotibus, Benignissimum illud Numen easdem in te servet, ac indies augeat. Sic certissimè spero, fore, ut optimum tandem Ecclesiæ ac Patriæ Tuæ Decus sis futurum, nec deerunt Patroni, qui his ingenii tui donis allekti, studiorum tuorum cursum quàm promptissimè secudent. Quod uti spero, ita & ex toto pectore Tibi apprecor. Vale, faveque

Rostochii d. XVI. Maji,
Anno 1699.

Additissimo T.

PRÆSIDI.

D 3

Dum

DUm RIGAM pingis *Doctam*, patriosque penates
 Illustras; repetis mente manumque tuos.
 Et Patriam Scripto decoras, Charissime Civis,
 Laudibus & Patriæ condecorare simul.
 Sic tibi laus laudi est, honor hic tibi gignit honorem;
 Quem Patriæ licitò tactus amore paras.
 Scandis inoffensò pede claram lite cathedram,
 At licitâ; firmans, quæ placuere tibi.
 Hinc tibi crescit honos. Defendere namque juvabit
 Historiam *Rigæ*, non posuisse fat est.
 Vergat in insignem labor hic insignis honorem!
 Assurgat meritis gloria digna tuis!
 Perge modò dare LIVONIAM, quam pingere tentas:
 Sic erit æternum nominis inde decus.

Hæc paucula

CLARISS. Disputationis Autori, Conterraneo
 suo Honoratissimo gratulabundi p:

LIVONI.



Sonnet.

Behrtes Vaterland! das solchen Nah-
 men hat/
 Das so mit allè Recht **B**elehrtes **R**iga
 heisset/
 Und daher öffentlich wird in der Welt gepreiset/
 Beglücktes Vater-Land / berühmte Vater-
 Stadt!
 Das

Das Edle Niga ist's / das rühmet dieses
Blat/

Weil es so grosse Reih' Gelehrter Männer
weist/

Und derer auch hinfort noch immermehr verheisset/
Ja schon fast überall erzeiget in der That.

Wo nur Apollo wohnt / da siehet man auch blühen
Den Fleiß der jenigen / so deine Kinder seyn;
Die nach Gelehrsamkeit sich recht mit Macht be-
mühen/

Daß dero Nahme kom' auch in die Zahl
hinein:

Weil er auch / liebster Freund / will einst da
hin kommen/

So hat er sich anjekt solch THEMA vorgenommen.

Diejes wenige haben aus Schuldigkeit beyfua-
gen wollen ihres Gelehrtesten Freundes

COMMENSALES.

—•••••
NEs ich dein Vaterland / liebwerthster Freund / gegrüßet/
Da hört und sahe ich dein Lob und deinen Fleiß/

Die Lehrer rühmten mir wie du allzeit geküßet
Der Musen Zeitvertreib und ihren sauren Schweiß.

Ich sah' aus Rosen-Stock ein Specimen ankommen/
So vom gelehrten Nig allzeit gerühmet ward/

Nun da du ihren Ruhm zu preisen vorgenommen /
Machstu dich selbst berühmt / und rühmst nach kluger

Arth.
Drum

Drum fahre immer fort / laß deinen Fleiß erblicken /
 So wirstu dermahleins den grossen Nutzen spühen /
 Der dir nach dieser Zeit dein Herze kan erquickten /
 Wann dich Apollo wird zur Ehren-Stelle führen.
 Ich wünsche daß die Müß dir werde wohl belohnet /
 Und daß kein Neidhart dir zu Schaden mächtig sey.
 Laß auch die Freundschafts-Pflicht / so stets bey uns ge-
 wohnet /
 Ganz unverändert seyn. Recht so es bleib dabey.

Schuldigst und wohlmeynend wolte sol-
 che geringe Zeilen dem Herrn *Auctori*
 zuschreiben sein beständiger treuer
 Freund

L. F. SPIES.

J. U. S.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○
 recht GeEhrter Freund ! Er zeigt nicht sonder
 Ruhm

Die Zahl derientigen / die stetes unverdrossen
 Sich in der Musen Reich' vergnüget eingeschlossen /
 Die dem Apollo sind ein wehrtes Eigenthum ;
 Ja die da höchstverdient durch ungemeine Gaben
 In der berühmten Rig' ihr Platz gefunden haben.
 Ich wünsche viel Glück der Edlen Vater-Stadt /
 Die ist der ganzen Welt so brave Männer zeuget /
 Die selbst Minerva hat an ihrer Brust gesäuget :
 Ich wünsche Wehrtester Ihm auch dieselbe Pfadt !
 Doch was ! was wünsche ich / da dieser Tag uns lehret /
 Wie Er die Buchstab P. selbst im Register mehret.

Dieses schrieb seinen wehrten Herrn Landes-
 Mann zu Andencken Seiner.

JOH. NICL. V. VESTRINGEN.



Das Edle Riga ist / das r
Weil es so grosse Reich' Belehr
Und derer auch hinsfort noch immer
Ja schon fast überall erzeiget in
Wo nur Apollo wohnt / da siehet man
Den Fleiß der jenigen / so deine
Die nach Gelehrsamkeit sich recht m

Daß dero Nahme kom' auch i

Weil er auch / liebster Freund / n

So hat er sich anjegt solch THEMA
Dieses wenige haben aus S
gen wollen ihres GeL

Co
Es ich dein Vaterland / liebwerthster
Da hört und sahe ich dein Lob u
Die Lehrer rühmten mir wie du allstets ge
Der Musen Zeitvertreib und ihren sa
Ich sah' aus Rosen Stock ein Specimen a
So vom gelehrten Riga allzeit gerüh
Nun da du ihren Ruhm zu preisen vorge
Machstu dich selbst berühmt / und rü

